



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1431. usque ad annum 1441

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1768**

**VD18 90118316**

§. 139. Responsio Pontificis ad Decretum.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66426](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66426)

Secul. XV.  
A.C. 1435

*cessione ac declaratione indigent, Nos  
cum S. R. E. Cardinalibus, per nostros  
pro Concilio respondere decrevimus.*

## §. CXXXIX.

*Responsio Pontificis ad Decretum.*

*Labbe Conc.  
gener. to. 12.  
p. 865. & seq.*

Nec promisso defuit Pontifex; per Legatos enim suos Synodi Patribus responsum dedit, ac rationum suarum momenta exposuit, declarans, obstupuisse vehementer, quod decreto tam insolentibus ac Romanæ Ecclesiæ noxiæ Annatas prohibere præsumpissent, „ quarum temporum usus, inquiebat, multis retro sæculis a Sanctis Patribus stabilitus, atque ab omnibus perpetua Religione firmatus esset, „ nihilominus tamen paratum se esse, earum abrogationi consentire, dummodo Sedis Apostolicæ necessitatibus a Synodo satis provideretur, ac decreti executio suspenderetur. Ad vincendam annatas earumque necessitatem demonstrandam, sequentem protulit rationem, omnino decet, inquiebat, S. R. Ecclesiam proventibus abundare juxta priscorum Pontificum exempla, qui Beato Athanasio, SS. Joanni Chrysofomo, Thomæ Cantuariensi ex redditibus suis subvenerunt, imo S. Gregorius ipsis quoque pauperibus Jerolymitanis eleemosynas transmisit.

§. CXL